

Trigesimusquartus

nodis crebroq; ab iis & ex cacumine nouas radices spargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitate fastigantur. in parnaso tantum hederacea specie densius quam usquam fruticante flor odorato candidoq; iumentis herba non alia gratior siue uiridis siue in feno siccata. Tunditur aspersa aqua. Succum quoque eius in parnaso excipi tradunt propter ubertatem. Dulcis enim hic est: in uicem eius in reliqua parte terrarum succedit decoctum ad uulnera conglutinanda: quod & ipsa herba tusa praestat. Tueturq; & ab inflammationibus placat. Decocto adicitur uinum ac mel ab aliquibus & thuris & piperis myrrhaeque tertiae portiones Rursusque coquitur in aereo uase ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino tormibus medetur & urinae difficultatibus. Ulcibus uesicae. Calculos frangit. Semen uehementius urinam ipellit. Aluum uomitionesque sistit. priuatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula .ix. uel unius uel e duabus tribusue herbis ad hunc articulum numerum inuolui lana succida nigra iubeat ad remedia strumae panorum. ieiunium debere debere esse qui colligat. ita ire in domum absentis cui medeas supereruentemque ter dicere ieiunio ieiunium medicamentum dare: atque ita adalligare triuocum id facere quod e gramini genere septem internodia habet: efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter uesicae cruciatus decoctum ex uino gramen ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen uocant triuocum generum cum in cacumine aculei sunt plurimum quini: dactylon uocant: hos conuolutos naribus inserunt: extrahuntque sanguinis cendi gratia. altero quod est aizoon simile ad paronychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus excreuerit utuntur cum axungia. ideo dactylon appellantes quia digytis medeatur. Tertium genus dactyli sed tenuis nascitur in parietis aut tegulis huic caustica uis est. Sistit ulcera quae serpunt. Gramen capiti circumdatum sanguinis e naribus fluctiones sistit camelos autem necare traditur in babylonis regiones id quod iuxta uias nascitur. nec fenograeco minor auctoritas: quod telin uocant: alii carphos: alii buceras: alii agoceras: quoniam corniculis semen est simile nos silicium: quod quomodo feretur suo loco diximus. Vis eius siccare. mollire. dissolue. Succus decocti foeminarum pluribus malis subuenit. siue duricia. siue tumor. siue contractio sit uuluae fouetur: inlidunt in fenum quoque prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & iposium medetur item ex aceto. Sic iocineri decoctum. Diocles difficile. pientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapa ad tertiae partes bibere. ut qui biberint in calida lauarentur & in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo reliquum pro somno auxilio. Farinam fenograeci cum hordeo aut lini semine decoctam aqua malsa contra uuluae cruciatus subiecit itemque imposuit imouenti lepras lentigines sulphuris pari portione mixta farina curauit nitro ante praeparata cute saepius die illinens: peruenitque praecipiens Theodorus fenograeco miscuit quartam partem purgati nasturtii acerimo aceto ad lepras Damion fenograeci semen acetabuli dimidia mensura cum sapa & aqua nouem cyathis ad menses cendos dedit potu nec dubitatur quin decoctum eius utilissimum sit uuluis iteraneis: exulceratis sicuti semine articulis atque precordiis Si uero cum malua decoquitur postea addito mulso potus ante caetera uuluis iteraneis laudatur. Quippe cum uapor quoque decocti prurimum possit Alarumque etiam graeolentiam decoctum fenograeci semen emendat. Farina pruriges capitis furesque cum uino & nitro celeriter tollit In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur: item parotie: podagrae. chiragrae articuli: carnibusque quae recedunt ab ossibus Aceto uero subacta luxatis illinitur & lieni decocta in aceto & melle tantum Carcinomata subacta ex uino purgat. Mox addito melle psanat. Sumitur & sorbitio e farina ad pectus exulceratum longaque tussim Diu decoquitur donec amaritudo desinat. postea mel additur: nunc ipsa claritas herbarum dicitur.

Carpos:
Silicula

Sellarum

CAI PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXV. PROOEMIUM.

Natura herbarum sponte nascentium. Cap. i.

Profa quae nunc dicitur herbarum claritas medicinae tantum gratia gignente eas telure. in admirationem curae priscorum diligentiaeque animum agit. nihil ergo intentatum in expertumque illis fuit. nihil deinde occultatum quod non prodesse posteris uellent. At nos elaborata iis abscondere atque suppressere cupimus: & fraudare uitam etiam alienis bonis. Ita certe recundunt qui pauca aliqua nouere: inuides aliis: & neminem docere in auctoritatem scientiae est. Tantum ab excogitandis nouis ac adinuanda uita mores absunt. Summumque opus ingenioque diu in hoc fuit: ut intra unumquemque recte facta ueterum perirent: At hercule singula quosdam inuenta deorum numero addidere: omniumque uitam clariorem fecerunt cognominibus herbarum tam benigne gratiam memoria referente. non aequae hanc cura eorum mira est in iis quae satum blandiuntur: aut cibo inuitant: sed culmina quoque mentium inuia & solitudines abditas omnesque & iii.